

midam portionē, si rursus in phlegma  
 concreſcat, abſtrahit & aliorſum auer-  
 tit. Sin iam decoctis vel expreſſis am-  
 plius, quàm par ſit, adhæſerit humoris,  
 ne vitium faciat, mellis vel ſacchari ad-  
 miſtione externi aëris appuſſū auertunt.  
 At his adminiculis, ſeu veriùs impedi-  
 mētis, non opus eſt Chymico. Phlegma  
 diligenter abſcedit. Quæ reliqua ſunt,  
 Spiritus & oleum, terreavē portio, ſua  
 ſponte perdurant: modò ſtudioſè in-  
 cluſa, aëris externi tyrannidi non per-  
 mittantur. Ita nullius vel ſacchari vel  
 mellis ope, aliavē coctione vel inſo-  
 latione indigent. Scaliger, ait: Si a-  
 qua, particeps aëreæ naturæ facta, mi-  
 nus putreſcet: minus ergo putreſcent  
 aquæ deſtillatæ. Vnde concludimus,  
 neutiſquam corruptioni momentaneæ  
 obnoxia eſſe Chymica remedia. Nec  
 quam deceat cariora, ſi Chymicus is  
 fuerit vir bonus, qui nullo æquitatis præ-  
 textu, plus quàm conueniet, exegerit.  
 At talis eſſe debet, & *ὁμοίωτον πᾶσιν*  
*ὁμιλίω*, vt Hippocrates ait. Sit Rheobar-  
 barum ad minutiores maioris efficien-  
 tiæ portiunculas redactum, Illius ergo,  
 ritè

*Exercit.**60.3.**Chymica**remedia nō  
ſunt, quàm  
oporteat  
cariora.**De Medicin**conū. 20.*